Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



rio lingua confundit. quando aliud agitur. & aliud
docet. Quos contra dns ppheta queritur dicens. Ipsi
regnauerunt & non ex me. principes extiterunt & non
cognoui. Ex se namq; & non ex arbitrio summi rectoris
regnant. qui nullis fulti uirtutib. nequaquam diuini
tus uocati. sed sua cupidine accensi. culmen regiminis
rapiunt potius quam assequunt. Quos tamen intentus
iudex & puniit & non cognoscit. quia quos permittendo
tolerat. profecto per iudicium reprobationis ignorat. Vnde
ad se quibusdam & post miracula uenientib. dicit. Re
cedite a me operantes iniquitatis nescio uos estis.
Pastorum imperitia uoce veritatis increpat. cum pp
phetam dicit. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam.
Quos rursum dns detestat dicens. Et tenentes legem nescie
runt me. & nescire ergo se abeis uerita querit. & ne
scire se principatum nescientium prestat. quia profecto hi
qui ea que dni s nesciunt. a dno nesciunt. Paulo attes
tante qui ait. Si quis ignorat ignorabit. Que nimirum
pastorum sepe imperitia meritis congruit subiectorum.
quia quam uis lumen scientie sua culpa erigente non habe
ant. districto tamen iudicio agit. ut peccorum ignorantiam
hi & ipsi qui sequuntur offendant. Hinc namq; in euan
gelio per semetipsam veritas dicit. Si cecus ceco ducatum
prebeat. ambo in foueam cadunt. Hinc psalmista. non

in esaia

secundum luca

in ysaia

secundum matheum